R/ 21. oct. 71. 31

ILLUSTRI VIRO
CONSTANTINO HUGENIO
S. P. D.
D. G. MORHOFIUS

Quas coram veneratus fui virtutes, Illustris Domine, hoc demùm qualicunque munere absens veneror, cujus exemplum unum transmittere volui, plura commodiore occasione, cum aliis quibusdam nugis submissurus. Da veniam audaciae, quia magno tuo nomine forte abusa est. Sed feres, ut spero, pro summâ tuâ humanitate, studium nostrum, vel, si laudem non meremur saltem non improbabis. Ego verò, velis, nolis, sanctissimè nominis tui memoriam colam, ac, quoad vivam virtutes tuas admirator. Propediem, Deo volente, Horas Apollini sacras Veneri consecrato, domum ducturus Senatoris cujusdam Lubecensis Virginem filiam. Quod si tribus versiculis felix faustumque matrimonium nostrum jusseris, incomparabili me mactatum beneficio existimabo. Nisi fortassis spes nimis ambitiosa ducitur. Vale Vir Summe ac salutem à me plurimam nuncia Filio incomparabili. Dab. Kilonl. Kal. Octob. A. CIↃ IↃCLXXI.

Illustri Domino
Constantino Hugenio,
Equiti, Zulichemi et
Zeelhemi Toparchae Princi-
-pi Auriaco à consiliis secretioribus

© National Library of Scotland, Edinburgh
Adv. MS. 81.1.15, fols. 31-32
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0494